¶ Iste hymnus pulcerrimus est pro quadragesima diuini mysterij pariter ⁊ humilitatis studij locupletissimus habens complures versus preter hos tres. sed illi cōmuniter non cantatur. Quibus omissis in horum trium versuum primo ideo autor inuocat christum vt sanctificet nostrum ieiunium. In secundo recommēdat ipsum ieiunium. In tertio laudatur trinitas. Primus versus hoc dicit. O (christe) iesu (nazarene) id est de nazareth. quia ibi nutritus erat iesus (dux bethleem) vbi erat natus. Iuxta illud Bethleem non es minima cc. ex te enim exiet dux cc (verbum) id est filius (patris) in diuinis (quem) s^c christum (partus) id est generatio (virginalis alui) id ē vteri virginis marie (protulit). i. produxit in mundum (adesto castis parcimonijs). i. foueas ⁊ auxilio sis abstinentijs castitatem inducentibus. vt debite impleantur a tuis fidelibus (q̄) pro et. tu existēs (serenus rex) id est clarus vel inclitus rex (aspice nostrum festum). i. gratam habe nostram festiuitatem ⁊ solennizationem. (dū) pro qm̄ (nos litamus) id est sacrificamus vel offerim^o (victimā). i. sacrificium (ieiunior) quibꝰ ieiunamus in tui ieiunij mēoriā ⁊ honorē.

Nil hoc ꝓfecto purius mysterio. quo fibra cordis expiat liuidi. intemperata quo domentur viscera. aruinā putrem ne resudans crapula obstrangulate mentis ingeniū premat.

(Profecto). i. certe (nil). i. nihil est (purius). i. darius melius vel mundius (hoc mysterio) scz ieiunio. quod mysticaz virtutem ⁊ operationem in se habet vt sequitur (quo) mysterio (fibra). i. vena ⁊ meatus (liuidi cordis) id est inuidi (expiatur) id est expurgatur. ita q̄ per virtutem ieiunij omnis inuidia a corde repellatur. ⁊ hoc primo (quo) insuper mysterio ieiunij (intemperata viscera). i. male disposita interiora ad sanitatem ⁊ seruitium deo exhibendum (domentur). i. corrigantur (ne) pro vt non (crapula). i. gulositas (resudans). i. stillans. ⁊ iterum per sudorem emittens (putrem aruinā). i. putridam ⁊ innaturalem pinguidinem (premat) id est destruat vel suffocet (ingenium) id est intellectuz (obstrangulate mētis) id est suffocati cordis siue animē per nimiam crapulam. Intellectus eim noster dependet a sensu. ⁊ sensus ab organis corporeis. quibus impeditis ⁊ grauatis per crapulam sequitur etiam impedimentū in virtute intellectiua. ⁊ hoc secdo. Et sic ex hoc textu colligi possunt duo effectꝰ ieiunij. scz inuidie a corde expulsio. ⁊ organoꝝ corporeoꝝ melior dispositio. vt exinde intellectus liberius suas habeat opationes.

Sit trinitati in vnitate gloria. vnitati in trinitate gratia.

potestas.honor. iubilatio nostra benigne cuz beniuolentia ieiuniorum acceptanti munera Amen.

(Gloria).i.laus (sit trinitati) psonarz (in vnitate) essentie (z gra).i.fauor z dilectio (sit vnitati) scz essentie (in trinitate) scz psonarz (siliter potestas honor atqz iubilatio).i.letitia se sit vnitati z trinitati (acceptati benigne).i.recipieti pro grato (cū beniuolētia).i.pietate z bono animo siue voluntate (munera).i.dona (ieiuniorum) nostrorz.hoc est Gloria sit trinitati z vnitati zc.de hoc q benigne recipiat nostra ieiunia tanqz sibi grata z accepta.quod vt fiat etiam orauit versus primus.

c Vltor dei memento te fontis z lauacri rorem subisse sanctum te crismate innouatum.

¶Autor pnitis hymni dr fuisse Prudentius. z solet cantari ab ecclesia quadragesimali tempe.in quo hymno idem prudentius alloquit quēlibet christifidelem.vt sit memor beneficiorz dei.cum psilio vt iturus ad qēte nocturnam signet se signo sancte crucis.Cuius rōnem subdit.z deinde exclamatione facit cōtra segniciem somniorz. atqz versutiarz dyaboli apostrophando ad eundē.sicut videbimus in processu.Dicit sic.O (cultor dei).i.o pīfidelis colens deum (memēto).i.recordare (te subesse) id est intrasse (sanctum rorem fontis z lauacri).i.te mundatū esse spūali lotione in sacro baptismate ac per hoc mundatū ab originali peccato. Et o cultor dei memēto (te innouatū).i.regeneratū (crismate).i.oleo sancto. ac per hoc ptectū z armatū ptra impugnationes dyaboli. Ecce duo magna beneficia collata homini christiano a deo. Primum q baptizatus sit contra peccatum originale. Secundum q sit crismate vnctus cōtra impugnationes dyaboli.

Fac cum vocante somno castum petis cubile frontez locū qz cordis.crucis figura signet

¶Hic aliud consilium subiūgit circa quietē nocturnā.O cultor dei (fac cū).p qū (petis).i.accedis (castū cubile).i.mundū z tuū locū nocturne qēts (somno vocante) id ē sopore id exigente z incitante q (figura) id est signū (crucis) se sancte (signet frontē locūqz cordis).i.pectus tuuz pter mysteriū passionis dominice. quod p signum crucis repntatur.

Crux pellit omne crimen.fugiunt crucem tenebre.tali dicata signo mens fluctuare nescit.

¶Hic oñdit qd figura crucis circa hoīem faciat dicēs (Crux) id est signū crucis vel passio dñi (pellit).i.remouet vel fugat (omne crime) id ē peccatū seu malum (z tenebre).i.pericula tenebrarz siue miserie nocturne (fugiunt crucez (nox em est amica predonibus.i. dyabolis nocturno tē pore hoīem inuadentib.z cōtra illos facit signū crucis non solum quantum ad corpus.sed etiam quantū ad animā (mens) id est anima (dicaz

ta)id est signata vel ꝓfirmata(tali signo)scz sancte crucis (nescit fluctuare).i.dubitare de fide.ꝛ errare a ꝓscia intentionis ꝓtuose ꝓpter pigriciem ꝛ portēta siue apparitiōes vanas somnioꝝ ꝓtra q̄ exclamat ꝓ sus seqns vel ꝓpter suggestiōes dyaboli.de q̄bus sunt ꝓ sus alij deinde seq̄ntes.

Procul o procul vagantum portenta somnioꝝ procul esto pernicaci prestigiator astu.

¶ Exclamat ꝓtra somnia ꝛ ꝓtra inuentorē siue presentatorē somnioꝝ rum (Portenta) .i.signa(somnioꝝ vagantum) .i. apparitionū vagarū in somnis.sint (procul).i.longe vel remote(o procul) resumit causa maioris vehementie.ꝛ o tu (prestigiator).i.deceptor ꝛ illusor sensuum hūanorum.s.dyabole(pernicaci astu).i.pseuerantī violenta ꝛ importuna sine proterua ac improba calliditate decipiendi (esto).i.sis (procul).i.longe. Item prestigiū est species magice artis. qua ludificantur ꝛ decipiunt oculi hoim.vt scz appareat id quod non est.

O tortuose serpens qui mille per meandros fraudesq̄ flexuosas agitas quieta corda.

¶ Apostrophat ad eundē prestigatorē dyaboluz. obtestās vt recedat a nobis. Et legantur duo versus simul (O tortuose serpens) .i.malicio se demon (qui agitas) .i.turbas ꝛ ꝓmoues (quieta corda) .i.pacificas mentes (per mille meandros).i. varios modos decipiendi. Meander est ꝓprie flexuositas cuiuslibet amnis Et ponitur hic metaphorice ꝑ obliquis ꝛ indirectis circuitionib dyaboli ad decipiendū (q̄) ꝑ ꝛ) flexuosas fraudes).i.inuolutas ꝛ intricatas deceptiōes tuas ¶ Flexuosum ꝺr q̄ ꝓ plures flexuras .i.curuaturas ꝛ inuolutiones habet .vt serpens cum se inuoluit.hic autez metaphorice ponitur.qui em̄ defraudare intendit recta via non ꝓcedit.sed oblique ꝛ flexuose.

Discede.christꝰ hic est.hic christus ē liquesce.signū quod ipse nosti damnat tuam cateruam.

O tortuose serpens (discede)id est fuge ꝛ recede.quia (xp̄s est hic) id ē adest nobis.ꝛ(liquesce).i.euanesce metaphora est.sicut cera ꝺr liquescere a calore solis.quia (xp̄s est hic)scz ad defensionē nostram. Resumitur illa clausula christus est hic ꝛc.ad exprimendū vehementiam indignationis contra dyabolum.ꝛ ad incutiendū illi maiorem terrorē.imo (signū) scz crucis (q̄ tu ipe nosti).i.nouisti (damnat)id est destruit (tuam cateruam)id est tuam societatem.

Corpus licet fatiscens iaceat recliue paululum. christum tamen sub ipso meditabitur sopore.

Rūdet ad id q̄ dyabolꝰ obijcere posset de corpore ꝛ imbecillitate corpis dormiētis.ne sibi in illa reꝓfidere deceat .dyabolꝰ credēs se ꝑ illa liberꝰ inuadere posse hoiez q̄escētez.q: (licet).i.q̄uis (corpꝰ fatiscēs).i.fatigatū

Expositio hymnorum

ex laboribus diurnis (iaceat paululū) id est modicum (reclīue) id ē bas/sim ad requiem capiendaz (tamē) nihilominus (meditabitur christū) id est cogitabit de xpo (sub ipso sopore). i. tempe somni z dormitionis sue Juxta illud. Media nocte surgebā ad ꝓfitendū tibi. Istud etiam sic potest intelligi. Quāuis nunc fragiliter declinet homo a mandatis dei. statim tamen diuina gratia cooperante in cognitionem dei z emendationē vite debet resipiscere z reuerti.

Gloria eterno patri. z christo vero regi. paraclitoq; sanc/to z nunc z imperpetuum Amen.

¶ Dicitur sancte trinitati laus. Expositio satis clara est.

Agno salutis gaudio letetur omne seculum. iesus redemptor omniū sanauit orbem languidum.

¶ Ad dñicam palmarū pertinet pñs hymnus. In quo autor ꝓ primo hortatur omne seculum ad gaudium sup sui redemptione. Deinde narrat hystoriam ingressus dominici hac die in ciuitatē hierusalem longius repetendo ab aduentu suo in bethaniam. z ibidem de resurrectione lazari. ac rigatione pedū dñi tractat que per mariam magdalenam facta est Tandez exclamat de excellenti humilitate dñi. qz in asina venire voluit

¶ Construe (Omne seculum). i. qlibet xpifidelis de hoc seculo (letet) id est gratulet (magno gaudio salutis). i. multiplici leticia ob salutē suā vt sit regimen finale. Rō sequit. qz (iesus redemptor oim) hominū (sanauit). i. saluauit vel redemit (languidum orbē). i. infirmū mundū exp̄uaricatiōe ade. Et istō fecit dñs ꝓpria morte sua volūtarie assumpta ꝓ nobis. Cui passionis tps mō appropinquat. z initiū habebat. vt sequtur.

Sex ante pasche ferias aduenit in bethaniā. vbi pie post triduum resuscitauit lazarum.

¶ Cōstrue. s. iesus (aduenit in bethaniam ante sex ferias). i. dies (pasche). i. illius solemnitatis iudeorꝝ (vbi). i. in qua bethania idez iesus (resuscitauit). i. a morte reuocauit ad vitā (pie). i. ex pietate sua (lazarū) fratrem marthe z marie magdalene sororꝝ z hospitaꝝ (post triduū). i. post tres dies quibus lazarus mortuus fuerat z sepult. z ita in aductu suo dominus quadriduanū ferentē in sepulchro iuenit z resuscitauit. Hystoria potest videri in euangelio. Joh. xi.

Nardi maria pistici sumpsit libram mor optimi. vnxit beatos domini pedes rigando lachrimis.

(Maria) magdalena (sumpsit mor). i. ꝓfectum (libram). i. pōdus vel mēsurā q̄ndā (optimi pistici nardi). i. fidelis vel puri z nō sophisticati aromatis siue vnguēti. Pistum cū grece dr fidele latine z ē vnguentū factū de intrinseco nardi. i. d succo talis arboris Et (vnxit). i. linuit (btōs

pedes dñi) cū dicto vngēto (rigando). i. humectādo ⁊ lauādo eosdēz pedes (lachrimis) scz suis. Rōne cui⁹ obsequij btā maria magdalena multū placuit dño. ita vt dimitteret ei dñs pctā multa. qz ipm valde dilexerat. sicut ptz Luc. vij. ⁊ primo meruit videre dñm postq̄ resurrexit.

Post hec iugalis asine iesus supernus arbiter pullo sedebat. inclitam pergebat hierosolimam.

¶ Jam venit autor ad factū hui⁹ diei. in q̄ apparuit magna hūilitas xpi. de q̄ exclamat ꝓ sus seqns. Et dr (Post hec). i. post pdicta (iesus supern⁹ arbiter). i. celestis iudex siue mediator inter deū ⁊ pctōrez (sedebat pullo). i. sup iumentū (iugalis asine) scz q̄ ad iugū ire solet. Jugū dr illd lignū qd collis boū iponit ad arādū. ⁊ (pgebat). i. rēdebat (inclitā hierosolimā). i. pclarā ciuitatē hierlm in q̄ dñs passionē suā subitur⁹ erat.

O q̄ stupenda pietas. mira dei clementia. sessor aselli fieri dignatus auctor seculi.

(O q̄). i. q̄ntū (stupēda). i. admirāda ē (pietas). i. benignitas dei. o q̄ (mira clementia dei). i. mirabilis bonitas. qz (autor seculi). i. creator mūdi (dignat⁹ est). i. voluit (fieri sessor aselli). i. eqtator pulli asine q̄ potuisset sibi habuisse preciosissimū equū totius mūdi si voluisset. sz noluit vt exemplū hūilitatis nob daret. Omnis enim xpi actio nra est instructio. vt ptz Math. xi. Discite a me. qz mitis sum ⁊ humilis corde.

Honor decus imperium sit trinitati vnice patri nato paraclito per infinita secula Amen.

Honor decus imperiū). i. ptās (sit) reddēdo singula singlis (vnice) in essentia (trinitati) psonarū scz (patri. nato). i. filio (paclito) spiritusancto (p secula infinita) hoc est eternaliter Amen.

Ex christe factor omniū. redemptor ⁊ credentiū. placare votis supplicum te laudibus colentium.

¶ Iste hymnus solet decantari tpe passionis dñi. Et ē materia ei⁹ obsecratio ad xpm p passionē ⁊ hūiliationez suā. q̄ recitat in ordine cum signis certis tūc intercurrētib⁹. Et dr O (rex xpe factor). i. creator (omniū) rerū (⁊ redemptor credētiūz) i. fideliū tuorū (placare) vt recōcilieris de offensis (votis). i. desiderijs ⁊ bonis affectib⁹ (supplicū). i. deuotorū tuorūz (colentium). i. honorantium (te laudibus) suis.

Cuius benigna gratia crucis p alma vulnera. virtute soluit ardua primi parentis vincula.

(Cui⁹) scz christi (benigna grā). i. voluntaria bonitas (soluit). i. dñi gauit (vincula primi parētis). i. ade. q̄b⁹ vinculis tenebamur ligati ꝓpter

peccatum ade (ardua virtute) id est magna potestate quia est diuina. z hoc (per alma vulnera crucis) id est inflicta sibi in cruce. quoq; vulnerū liuore z dolore sanati sum⁹ de peccato originali ade z restituit nos regno dei. Nemo enim ad illam rem assumendam inueniebatur idoneus nisi filius dei. qui propterea semetipsum humiliauit z fecit vt partim iam dictum est. z etiam vt sequitur.

Qui es creator syderum tegmen subisti carneum. dignatus hanc vilissimam pati doloris formulam.

(Qui es creator syderū).i.p ditor stellarū (subisti).i.induisti (carneū tegmē).i.humanū corpus ex marie ꝓgine (dignat⁹).i.voles ,p nob (pati hanc vilissimā formulā).i.despectissimū gen⁹ (doloris).i.pene. s.crucis. que mors inter alias penas turpissima dr z ignominiosissima. iuxta illō Morte turpissima condēnemus eū.s.morte crucis.

Ligatus es vt solueres mundi ruentis complices. p probra tergens crimina. que mūdus auxit plurima.

¶ Et qr ꝓtraria cōtrarijs curant.q̄ tu xpe (ligat⁹ es).i.ligari voluisti (vt solueres).i.relaxares a vinculis dictis ꝓmi nostri parētis (ꝓlices) id ē socios ꝓeccantes (mūdi ruētis).i.declinātis a bono (tergētes crimina).i.delens peccata (q̄ mūdus) ruens (auxit).i.cumulauit (plurima) id est valde multa. z hoc (p ,pbra).i.obprobria.ꝓtumelias z ímproperia que tu passus es ,p nobis.ꝓtra delectatiōes inordinatas z gaudia illicita que peccata perpetrata erant a mundo.

Cruci redemptor figeris. terram sed omnem cōcutis. tradis potentem spiritum. nigrescit atq; seculum.

¶ Versus iste dr quō xps affixus erat cruci in ea tradens spm̄. cum tertis signis sue miraculis q̄ tūc ꝓtigerūt. dicēs sic. O (redēptor).i.liberator xpe. tu (figeris).i.affigeris (cruci).i.ad crucem sed tm̄ tu (cōcutis) id est cōmoues z tremere facis (oēm terraz) qr factus erat terrenor⁹.ecce primū signū. Et tu (tradis).i.emittis cōmendando in manus patris. (potentem spm̄).i.aiam diuine nature vnitā (atq; seculū nigrescit) id est mūdus tenebrosus fiebat. sol em̄ cōpatiebat suo creatori sicut z alie creature. vñ tenebre facte sunt ab hora sexta vsq; ad horam nonā. vt habetur in euangelio Math.xxvij.ecce secundū signum.

Dox in paterne glorie victor resplendens culmine cū spiritus munimine. defende nos rex optime.

¶ In hoc versu dimissis illis q̄ post acta sunt cū dño. transitur ad eū dē iam glificatū cū inuocatiōe sctē trinitat⁹ vt moris ē dicēs. O (optime rex) xpe iesu fili dei (victor).i.triūphator de inferno superato z morte (re-

splendens) id est fulgens iam ⁊ glorificatus (mox) id est statim post ascē sionem tuam (in culmine) id est excelso habitaculo celox (paterne glo⸗ rie). i. patris (defende). i. protege nos (cum munimine). i. defensione ⁊ p sidio (spiritus) sancti Amen.

Gloria laus ⁊ honor tibi sit rex christe redēptor
Cui puerile decus prompsit osanna pium.

¶ Hic hymnus ad pcessionem canitur ipso die palmarū. in quo tra ctatur laus xpi iesu. que longius repetitur. Primo a pueris hac die osan na canentibus. Deinde a meritis psonalibus iesu. Tertio a diuersis cre aturis descendendo tandem ad hebreos siue iudeos qui hoc die specia⸗ lem dño honorem exhibuerūt. ⁊ nos similiter facere conamur vt placea mus dño. sicut ⁊ iudei in illo placuerūt eidē. Sic autor alloquitur xpm O (xpe rex) iesu (redemptor) noster (gloria laus ⁊ honor sit tibi) resumē do verbū sit ad quēlibet ntm (Cui) scz xpo (puerile decus). i. puerorum reuerentia tibi occurrentiū in introitu tuo in hierusalez (prompsit) id est decantauit seu promulgauit ⁊ in aperto dixit (pium osanna). i. hoc ver⸗ bum osanna plenū pietatis. Sonat cīm osanna idē qd obsecro saluifica. vel sanctifica scz mundū. in quo repitur singulare officiū pietatis ⁊ clemē tie quod pueri a domino optauerunt nobis fieri.

Israel es tu rex dauidis ⁊ inclita proles Nomie qui in do mini rex benedicte venis.

¶ Laudatur hic xps a meritis xpiis sic. (O benedicte rex) iesu xpe. (tu es rex israel) scz populi israelitici (⁊ inclita proles). i. clara ⁊ nobilis (dauidis) scz regis. vt ptz ibi. liber generatiōis ⁊c. Dauidis legi debet me dia producta. ita etiam habet mēsura versus. ⁊ hoc bene licet. qr xpia no mina etiam in medijs syllabis ponūtur ad placitū (qui venis) scz hodi erna die in ciuitatem hierusalem passurus p nobis miserijs peccatoribꝫ (in nomine dñi). i. in virtute dei patris. Vel sic potest exponi. tu (Rex israel). i. rex populi celestis videntis deū (dauidis). s. dei patris (venis) id est descendis. scz de sinu dei patris in hunc mundū missus ab eodē pa tre ad redimendum nos ⁊c.

Cetus in excelsis te laudat celitus omnis Et mortalis homo. ⁊ cuncta creata simul.

¶ Hic refert autor quo modo dñs noster iesus xps laudatur ob oīm bus creaturis. vt p hoc nos inducat ⁊ admoneat ad laudandū eundē dñm iesum xpm. dicens (Omis celitus cetus). i. celestis turba (laudat te) scz xpm (in excelsis). i. in celis (Et mortalis homo). i. corruptibilis si ue potens mori (⁊ cuncta creata). i. omnes reliquē creature (simul) id est pariter laudant te. Et etiam hoc die huius rei annua memoria p nūc in ecclesia celebratur ⁊c.

Expositio hymnorum

Plebs hebrea tibi cum palmis obuiam venit Cum prece voto hymnis assumus ecce tibi.

(Hebrea plebs).i.iudaicus populus (venit obuiam).i.in occursu (tibi)scz venienti in ciuitatem hierusalem (cum palmis).i.ramis arborum ad honorem tuū stratis in via (ecce)nos similiter(assumus).i.presentes sumus(tibi cum prece)id est oratione nostra(voto).i.desiderio ⁊ deuotione.⁊(hymnis)id est canticis laudum. quasi diceret nos similiter hodierna die tē xpm redemptorem nostrum qntum in nobis est laudare volumus ⁊ effectualiter laudamus.

Hi tibi passuro soluebāt munera laudis Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.

(Hi)supple hebrei siue iudei(soluebant)id est reddebāt ⁊ exhibebāt (tibi passuro)qui pati adhuc debebas (munera) id est debita (laudis) scz reuerentie ⁊ honoris.pari forma(ecce nos pangimus)id est decantamus(tibi regnanti)supple mō in celis(melos).i.dulce canticū laudis.

Hi placuere tibi placeat deuotio nostra Rex pie rex clemens cui bona cuncta placent.

O(pie rex).i.benigne. ⁊ o(clemens rex) id est mitis ⁊ misericors (cui cuncta bona placent)id est quecz officia laudis bona mente exhibita accepta sunt(nostra deuotio)id ē supplex oratio.siue famulatus (placeat) id est grata sit(tibi)eo modo quo(hi)scz hebrei(placuere tibi)id est placuerunt per suum obsequium reuerentie quā tibi exhibuerūt. Sunt autē adhuc multi alij versus.sed quia illi non cantantur in ecclesia.ideo sufficiant isti pro presenti.

Alue festa dies toto venerabilis euo
Qua deus infernum vicit ⁊ astra tenet.

¶Istud est dictamen suauissimū.in quo autor dirigit sermonē suum ad diem pasche.salutans ⁊ recōmendans illum de his que in ea acta sunt deducens qnomō omnia terrenascentia circa hoc tempus scīm ꝓgratulentur dño resurgenti in eodem die quō etiam nemora faucāt dño trūphāti de inferni victoria frondes scz ⁊ gramina ,pducendo.insup laudēt dominū meantē ⁊ ambulantē supra astra creature diuerse ⁊c. Exorditur ita cz sic. O(festa dies)id est celebris dies pasche(salue) id est sis salutata. (venerabilis)id est honorabilis ⁊ celebrabilis (toto euo) id est semp ⁊ in perpetuum. Et subdit autor rōnem dicens sic (Qua)scz die(deus) id ē dñs noster iesus xps (vicit)id est superauit gloriose(infernū)id est tartarum.ipm scz effringēdo ⁊ patres sanctos secum ex inferno ducendo (⁊ tenet astra).i.habitat in celis.quia ipse regnat in celis ⁊ dominatur astris. quo nos venire concedat Amen.

Ecce renascentis testatur gratia mundi
Omnia cum domino dona redisse suo.

(Ecce gratia mūdi renascētis).i.dispositio bona ꝓducta in terrenascētiū istius mundi inferioris.qm̄ illa terrenascētia post frigora q̄b̄ perierūt denuo incipiunt pullulare crescere reuiuiscere(restat)testimonium dat. et ostendit(oia dona).i.munera sua. scz gramina folia flores ⁊ fructus (redisse).i.redijsse ⁊ restituta esse(cū suo dño) q̄ sub pilato ꝓcurātib̄ iudeis crucifixus mortuus ⁊ sepultus est.hac die redijsse. h̄ est resurrexisse a mortuis ꝓhibetur. Et ita vult autor dicere.q̄ sicut dñs mortuꝰ hodie resurrexit.ita sik terrenascētia mortua p hyemē.iā videnť renasci ⁊ resurgere.⁊ sic resurrectioni dñice ꝑgratulari.sicut magis specifice ꝓsequitur infra.

Hancq triumphanti post tristia tartara christo
Undicq fronde nemus gramina flore fauent

(Hāc).p qz (gramina).i.herbe siue terrenascētia(fauent).i. arridente ꝑgaudent(vndicq).i.vbicq siue in omni tpe(flore) suo quem producūt vel(flore).i.floribꝰ ponendo singulare ꝓ plurali.⁊ (nemus)id est silua(fauent)ita q̄ sit hypozeuma.qz hoc verbū fauent in fine positum conformat priori ntō scz gramina(fronde)id est frondib̄ ⁊ foliis(christo)iesu(triumphanti) q̄ modo vt victor triūphat(post tristia tartara)mesta ⁊ desolata quia iam per dominum nostrum iesum christum effracta est ⁊ ꝓsuperata. Item nemus locū d̄t arboribꝰ multis ꝓsitū.⁊ exponi p̄t (nemus).i.arbores intelligendo ꝑtentū ꝓ ꝑtinente per metonomiam

Legibus inferni oppressis super astra meantem
Laudant rite deum.lux polus arua fretum.

Iste versus seruit magis pro die ascensionis domini. Et est sententia talis(lux)id est claritas luminarium lucentium super terraz. vel (lux) id est pulcritudo aeris.iam existens (polus)id est celuz seu curia celestis (arua)campi ⁊ prata(fretum)mare ⁊ aqua(laudant)id est honorant suo felici ⁊ leto statu gratulantia(rite) id est legaliter ⁊ debite (deum) iesum christum(meantem)id est ambulantem (super astra) id est orbem ⁊ loca astrorum.hoc est laudant christum qui iam ascendit ad celos. ⁊ hoc dico (legibus).i.iuribꝰ(inferni oppressis).i.ꝑculcatis ⁊ suppeditatis

Qui crucifixus erat deus ecce per omnia regnat
Dantcq creatori cuncta creata precem

(Ecce deus)⁊ homo scz christus (q̄ erat crucifixus) id est crucifixus ꝓ nobis(regnat)id est dominatur iam(per omnia)id est sup omnia (cq),p ⁊ (cuncta creata).i.omnes creature(dant).i.dicunt eidem crucifixo(creatori)suo(precem)id est laudem

Expositio hymnorum

Esu saluator seculi. verbum patris altissimi. lux lucis inuisibilis. custos tuorum peruigil

¶ Materia huius hymni est oratio ad iesum vt corpora nostra laboribus diuturnis fatigata nocturna quiete velit recreare ⁊ ab hoste dyabolo nos defendere ⁊ liberare. ac ne ita caro dormiat q̃ mens in soporem pnicio sum incidat. Primi duo versus legenꝯ simul. Et ponit plura attributa iesu laudatiua ⁊ benuolentie captiua hoc mõ. ¶ Cõstrue. O (iesu) christe (saluator). i. redemptor (seculi). i. mũdi (verbũ). i. filij (altissimi patris) scz dei. Et ista generatio difficulter capi pt. qr dr Isa. liij. generationẽ eius quis enarrabit. q̃si diceret nullus. Item (lux inuisibilis lucis) scz productiua. hoc est claritatis glorie celestis. que videri nõ potest carnalibꝫ oculis sed diuinis tm ⁊ glorificatis. Vel (lux). i. filij (inuisibilis lucis). s. dei patris qui sitr videri non potest ab oculis carnalibꝫ Iuxta illud Exodi. xxxiij Non videbit me homo ⁊ viuet. Iterꝫ (puigil custos) id est diligens obseruator ⁊ tutor (tuorum) scz fidelium.

Tu fabricator omnium. discretor atqꝫ temporum. fessa labore corpora noctis quiete recrea

(Tu fabricator). i. creator (oim) scz rex (atqꝫ discretor) id ẽ distinctor ⁊ dispositor (temporꝫ) p motũ celi quẽ tu solus gubernas. tu (recrea). i. refoue ⁊ refocilla (corpora) scz nostra (fessa) id est fatigata (labore) scz diuino (quiete noctis) id est p dormitionem nocturnam. vt scz spũs depressi in nobis vigilantibꝫ p labores. reparent ⁊ restaurentur per somnum

Te deprecamur supplices vt nos ab hoste liberes. ne valeat seducere tuo redemptos sanguine

Ista est pncipalis depcatio in hoc hymno (nos supplices) deuoti tui (depcamur te). i. valde rogamꝰ te. Et sic illa ppositio de auget. aliquando etiam diminuit. vt apud Ouidiũ. Sepe precor mortem. mortẽ quoqꝫ deprecor idem. i. minime pcor. immo vt mors nõ veniat precor (vt liberes nos ab hoste). i. dyabolo (ne) id est vt nõ. ipse (valeat) id est possit aut sufficiat (seducere). i. defraudare ⁊ illaqueare (redẽptos). s. nos (tuo sanguine)s effuso p nobis tempore passionis tue. Etiam in finem qui sequitur ordinatur dicta deprecatio

Ut dum graui in corpore breui manemus tempore. sic caro nostra dormiat vt mens soporem nesciat.

(Ut dum) id est q̃diu vel donec (manemꝰ). i. sumus ⁊ perseueramus (breui tpe) quo hic viuimus. Tempus eim vite nostre breue dr cõparatiue ad vitã celestẽ. qr mille anni non sunt momentũ respectu vite celestis vt dicit psalmista. Quoniaz mille anni ante oculos tuos tanqꝫ dies hesterna que preteriit. ⁊ vix potest hõ hodie centum attingere. qr in potentatibꝫ

id'est in bene ꝓplexionatis octoginta anni sunt. ⁊ amplius eorum vita est labor ⁊ dolor (in graui corpore) quod mole carnis subiectum multis passionibus ⁊ miseriis grauatum redditur. ⁊ impotens ad resistendum hosti diabolo. ⁊ torpidum ad seruiendum deo. Et hoc tangit phs ꝑmo metaphysice dicens. q humana natura multipliciter est ancilla. vel (corpe gratui) grauato mole criminum. Et ergo ne succũbamus qualitercũq; vt in miseriis vel in criminib⁹ (caro nostra) sensualitas (dormiat). i. quiescat viuat vel gerat se (sic). i. taliter (vt mes). i. ratio nostra siue spirit⁹ (nesciat soporem). i. pigriciã inordinatã somni. ex qua reddit ipsa infirmitas ad operandum bona ⁊ leuandum se a sordib⁹ peccatorꝝ. quinimo peruigil custos iesus christus sic carnem nostram dormire permittat. vt anima nihilominus agilis ⁊ vigilans permaneat ad sibi seruiendum. ⁊ hosti maligno fortiter per fugam peccatorum ad resistendum.

Erbum patris principium. proles beata. celitus narrare quem nemo valet. dimissus terris apparet

Hymnus iste in natiuitate dñi certis in locis canitur ad laudes Cui⁹ materia est. q deus filius a celo dimissus modo in terris apparuit homo factus ⁊ mortalis. manens nihilominus deus sicut erat apud patrem priusq; ab illo in terris mitteretur. Dicit ergo sic (Verbum patris) id est filius dei (principium) vt in euangelio dicitur. Principium qui ⁊ loquor vobis. ⁊ (beata proles) scz marie ꝑ gnis. Et sic tangitur hic duplex generatio. scz diuina. qz filius dei patris. ⁊ humana. qz proles beate marie (quez) s' xpm dei filiũ (nemo) s' creatax rex (valet narrare) id est plene exprimere. cõprehendere vel satis laudare (dimissus celitus) id est emissus de celo a deo patre (apparet) id est natus est (terris) id est in terris de quo gaudium venit vniuerso mundo

Homo videris deitas manens quod apud patrem eras. omnipotens inspiceris. et cerneris hic mortalis

¶ Apostrophat autor ad deum filium dicens. O (deitas) id est deus filii ponendo abstractuz pro concreto (tu videris) id est es factus (homo) scz propter nos homines ad nostram salutem. Ista dictio videris hic veritatem dicit ⁊ non apparentiam (manens) tñ id (quod eras apud patrẽ) id est manens deus sicut fuisti ab eterno apud patrem antequ descederes nostri causa in hunc mundum. ⁊ tu (inspiceris) a beatis qui scz tui vult⁹ visione fruũtur mediante lumine glorie (omnipotens) id est omnia potens. Vel tu (inspiceris) a fidelib⁹ tuis lumine fidei (omnipotens) ratione deitatis. q ad extra non apparuit (⁊ cerneris) id est videris lumine oculorum carnalium (hic) id est in terris (mortalis) id est potens mori ratione humanitatis assumpte. in qua tu corporaliter visus es cum hominib⁹ cõuersari. ⁊ vna cum eis miserias dolores penas ⁊ labores huius mundi sustinere ac pati. vt fragilitatem humanam agnoscens ⁊ expertus facilior ces et benignior ad miserandum hominum imbecillitati atq; ad eorum criminũ miserico⁹diter indulgendum

In visitatione Ma rie

Expositio hymnorum

i A mariam vite viam matrem veram viuentium. pie venit qui redemit peccata delinquentium

¶ Iste hymnus est de visitatione beate marie virginis. Et est materia sumpta de euangelio illo. Exurgens aūt maria. Luce primo. cum extensione aliqua iuxta merita ⁊ qualitates beate marie visitantis ⁊ elysabeth visitate. prout patebit p̄ singulos versus. ⁊ in vltimo versu fit oratio ad mariam visitantem. Pro introductione sciendum est q̄ angelus gabriel in annunciatione ad beatam mariam virginem significauit eidem elisabeth cognatam suam sterilem impregnatam esse in sexto mense ⁊ ex illo mota statim postq̄ maria consensum dedit concepit ⁊ abijt ad visitandum elysabeth predictam. vt habetur Luce primo. Vnde visitatio ista statim sequuta est annūciationē quare ab annūciatione repetenda principium facit autor in hoc hymno dicens. Ille (qui redemit) id est deleuit (peccata delinquentium) id est peccantium hominum sua morte in ligno crucis (venit) id est intrauit scz cooperatione spiritussancti (pie) id est de sua pietate ⁊ gratuita ac voluntaria bonitate (in mariam) scz virginem (viam vite) quia scz maria est via vite. quia mors in hunc mundum per euaz intrauit. ⁊ vita scz iesus christus intrauit mundū per mariam (veram matrem viuentium) scz hominū. quib̄ ad se confugientib̄ pia mater. alitrix. adiutrix. ⁊ protectrix est.

Gressum cepit dum concepit maria multum properans. visitauit confortauit elysabeth compatiens

¶ Hic prosequenter ostendit quid factum sit post aduentū filij dei in beatam mariam dicens (dum) id est postq̄ (maria concepit) id est in vtero recepit filium dei. ex tunc (cepit gressum) id est incepit iter. Et sic cepit venit a cepi verbo defectiuo. vel (cepit) id est arripuit. ⁊ sic venit ab hoc verbo capio. Cepi defectiuū cum oe dypthongon scribitur. cepi autem a capio non. sed p̄m aliquos per ae (properans multum) id est valde festinās. q̄ cum festinatione abijt. vt dicit euangeliuz Luce primo (visitauit) ⁊ (cōfortauit elysabeth) scz cognatam suam (compatiens) id est patientiaz habens scz super laboribz impregnationis.

Salutatur inflammatur elysabeth et filius. inaudita fiunt ita de dono sanctispiritus

(Elysabeth salutatur) scz a beata maria (⁊ filius) scz ioannes clausus in vtero elysabeth (inflammatur) quia exultauit infans in vtero eius. vel etiam (inflammatur) quia per presentiam domini in vtero beate marie sanctificatur. ⁊ sic (inaudita) id est ea que prius non sunt audita (fiunt ita) id est taliter (de dono) id est gratia (sanctispiritus) videlicet q̄ beata virgo conceperit. ⁊ etiam elysabeth sterilis conceperit atq̄z impregnata fuerit. ⁊ q̄ infans sic exultauerit. ad presentiam domini sui. Ista inaudita prosequitur versus sequens.

Per totum annum Ieuj

Impregnata grauidata fit mater olim sterilis. infans datus nondum natus exultat christo iubilans.

Elizabeth (sterilis olim).i.prius non fructifera ꝓter nimiam senectutem. Olim tempus preteritum dicit. inuenitur tamē pro futuro Virgilius. Forsan ⁊ hec olim meminisse iuuabit. Et pro pñti. Virgilius. At iam olim sectas posuit cum vinea frondes (Impregnata).i.feta ⁊ in vtero habens effecta. ⁊ (grauidata).i.grauida facta (fit mater) scz Johānis baptiste. ⁊ hoc est vnū inauditū (infans datus) s. a deo contra naturalem conditionez temporis quia in senectute (natus nondū).i.adhuc nō (exultat) gestu ⁊ motu suo quem facit presente domino (iubilans ꝓno) filio dei similiter existenti in vtero ac nondū nato. ⁊ hoc est aliud inauditum de quo meminit versus precedens.

Seruit maior. gaudet minor. maria fert solatiuz visitatis preparatis ad spiritum propheticum.

¶ Iste versus tangit quomō se habuerit beata virgo tempe medio q̄ fuit cū elizabeth. ⁊ dicit sic (maior) scz maria mater dñi (seruit) elisabeth ⁊ zacharie iā grandeuis (minor) scz elizabeth (gaudet) de aduentu domīe sue. ⁊ sic (maria fert solatiū).i.dat ꝓsolationē (visitatis) scz elizabeth ⁊ zacharie. ⁊ (preparis).i.dispositis (ad spīm ꝓpheticū) q: elizabeth repleta spiritusancto ꝓphetauit dicens. Benedicta tu inter mlieres ⁊c. Et zacharias depost nato filio iohanne similiter repletus spiritusancto ꝓphetauit dicens. Benedictus dominus deus isrl. ⁊c.

Precursorem ⁊ doctorem maria manu indicat. qui rectorem purgatorem digito mundi nunciat.

(Maria indicat).i.monstrat (manu) sua (precursorē ⁊ doctorē) .s. iohannē adhuc in vtero manentē. qui fuit pcursor dñi. q: fuit vox clamantis in deserto ⁊c. ⁊ docebat baptismū penitētie. Q̄ aūt maria sic puerum manu sua monstrauerat euangelista non dicit. sed pie credi ⁊ elici pōt ex circūstantijs (qui) precursor ⁊ doctor iohes baptista (nunciat).i.oñdit et monstrat (digito) s. suo (rectorem ⁊ purgatorem mundi) scz dñm iesum ꝓpm dicens. Ecce agnus dei ⁊c. vt habet Johis primo.

Leua gregem. duc ad regem. maria cunctos visitans. vt saluetur ⁊ letetur cum tu sis mater medians.

¶ Aliqui libri habent mina gregē.i.age Differunt minare ⁊ minari. quia minare est agere gregem. sed minari est minas inferre. hoc datīm regit. illud vero accusatiuū. In ꝗ versu fit oīo hoc mō. O maria visitans cūctos hoies in suis tribulationib⁹ ⁊ angustijs (leua).i.erige recrea excita vel iuua (gregē).i. populū tuū. Grex ꝓprie est multitudo paruor̄ animalium videlicet ouūm ⁊ capr̄arū. Armentū ꝓprie ē maior̄ animalium puta

Expositio hymnorum

boum ⁊ similium. hic gregem transsumptiue sumitur (duc ad regē) ihm xpm filiū tuū (vt saluetur ⁊ letetur) grex tu⁹ vel deuoti famuli tui Rationem subdit (cuz) .i. qz (tu sis mater medians) .i. mediatrix inter deum ⁊ hominē. quare merito facies ex officio tuo.

Et gratulemur spiritu voti colentes debita hec festa. que solennibus martinus ornat gaudijs.

¶ Ad honorē sancti martini epi or hic hymnus. In quo autor hortatur nos ad ꝓgaudendū de festiuitate diei pñtis implorans diuinū auxiliū ⁊ petens ab illo quietē tempor. q̄ vtiqz requiritur ad leticiā. vñ animus gaudēs et atez facit floridā. ⁊ spūs trist' exiccat ossa. Et debem⁹ ac solemus nos ꝓformare tempori. tempore em̄ tristi ⁊ inquieto difficile est euiqz gaudere g̅ ⁊c. Deinde ibi. Martin⁹ autē vsqz in finē orat autor ad dominū. vt beatus martinus possit nobis esse p̄sidio in diuersis periculis. que per singulos versus nominantur. Dicit primo sic (En) id ē ecce nos (gratulemur) .i. letemur (spiritu) in animo ⁊ spiritualiter (colentes) id est agentes (debita voti) id est desiderij nostri. videlicet (hec festa) que desideramus festiue peragere (que) festa (martinus) scz eps (ornat solennibus gaudijs) .i. annuis ⁊ celebribus leticijs. Et vt hoc votum ⁊ desiderium nostrum debite compleatur

Tu supple christe quod minus vis nostra languens efficit. tu da quietos tempor nobis dies presentium.

O (christe. tu supple) scz id (qd̄ nostra vis languens) .i. infirma ⁊ debilis (minus efficit) .i. efficere nō valet. Hoc est tu xpe suppleas nostruz impfectū. vt eo potētius possimus hodie letari ⁊ gaudere. ac efficere ⁊ ad finem vsqz facere siue perficere. ⁊ (tu da nobis quietos dies) .i. tranquillos ⁊ pacificos (presentiū tempor) vt eo inclinatiores simus ex tempore ad gaudendū in hoc festo. qz tempus prestat altera ⁊ altera sapere ⁊ tempus facit hominem aliter ⁊ aliter se habere.

Martinus autez prenius fac vt sit horis omnibus. ne demonum fallacia pes noster impactus ruat.

¶ Hic incipit autor orare dominū. vt beatus martinus nobis sit auxilio. Et primo contra demones. dicens (autē) ꝓ sed. o xpe (fac vt martinus sit prenius) .i. precessor noster in (omnib⁹ horis) semp (ne) ꝓ nō (vti pes noster impactus) id est non bene compositus vel non firmiter stans (ruat) .i. cadat (fallacia) id est per fallaciam (demonum) Hic est synodoche. quia pars scz pes ponitur pro toto homine. ⁊ alio nomine vocatur intellectio. Hoc est. ne nos decipiamur fallacia demonum. Impactus id est non pactus nomen fit ratione compositionis. Impingo enim in ea significatione non dicitur.

Hic arma nobis celica instante pugna conferat. hoc pre/

liante cominus hostis fugetur noxius.

¶ Ex alia metaphora ad idē tendit iste ꝓsus sicut ꝓcedens. vñ (hic) martinus (conferat nob celica arma) scz bona opa (pugna) nostra (instante). i. imminēte (noxius hostis). i. dyabolus hostis noster antiqu⁹. (fugetur). i. expellat (hoc) scz martino (prediante). i. pugnāte (cominus) id est ꝓpe nos z nobiscum. Vel pōt poni cōminus ꝓ eminus id est procul z tunc determinabit hoc verbum fugetur.

Hic nos pervndas seculi claua gubernet prospera. ne fortē nostram spumea puppim caribdis sorbeat.

¶ Hic petit autor auxiliū beati martini cōtra mundū ex metaphora nauigatiōis hoc mō scz (Hic). s. martin⁹ (gubernet nos ꝑ vndas). i. per aquas. hoc est ꝑ oblectatiōes q̄bus mergimur (seculi). i. mūdi (prospera claua) Claua est ꝓprie instrumentū in fine plumbatū. quo feritur pila. h aūt ponitur ꝓ fuste quo dirigitur gubernaculū nauis. qd̄ potius ꝑ clauum significatur. vñ Virgi. Clauūq̄z ad littora torquent. Et ita (claua pspera). i. pspere dirigente in portū (ne forte spumea caribdis). i. spumā multā in mari generās (sorbeat). i. ꝓsumat vl demergat (nāz puppim) id ē nauim. Caribdis est periculū maris. qd̄ fit ex fluctuū ꝓcursu. vñ colliduntur z absorbent que ꝑ intercepta. vñ Ouidi⁹. Vt vomit epotas dira caribdis aq̄s. z scribit ꝓm alios ꝑ ch. z ꝑ y grecū in penultima.

Hic nos triumpho nobiles z laureatos mystice aptet tuis conspectibus iunctos supernis ciuibus Amen.

(Hic). s. martin⁹ (aptet). i. aptos z dignos faciat (tuis cōspectib⁹). i. aspectib⁹ (nos) s^e hoies (nobiles). i. claros (triūpho). i. victoria aduersariorꝑ nostrorꝑ. s. carnis mūdi z demōis (z laureatos). i. laurea ornatos (mystice). s. ex bonis opib⁹ nr̄is (iūctos supnis ciuib⁹). i. celestib⁹. qd̄ est vltima nr̄a felicitas. Ꝓ triūphus ē honor maxim⁹. q̄ dari solet ducibus romanis cū victoria redeūtib⁹. sed h ꝓ ipsa victoria ponit Laurea dr corona qua poete coronabant appollini sacrata. hic ꝓ o ꝑ quacūq̄z corona siue pmio ꝓtutis ponit. Nobilis dr clarus q̄si notus fulgore quodā virtutū. vñ⁹. Nobilis est ille quē nobilitat sua ꝓtus. Et ad dignitatē generis interdū refert. vñ Salusti⁹ in Catelinario. nobili genere nat⁹ fuit.

Otiua cunctis orbita lucis triūphans gratia. qua scandit astra vernula maria christi fulgida.

¶ Hymn⁹ iste de beata maria magdalena canitur. Materia est ostēdere sanctitatez qua maria magdalena triumphauit de hoc mundo z celum possidet. cū oratione ad eandez. ibi Te quesumus. z glorificatione sancte trinitatis. ibi Regi celorꝑ. Incipit autor a die transitus marie ex h mundo in celum. illaz laudare hoc modo (Orbita). i. rotulatio (lucis) id ē diei est (otiua). i. desiderabilis (cunctis) s^e hoibus. in (qua) s^e die

(maria) magdalena (fulgida vernula christi).i.famula fidelis z dilecta (scandit astra).i.celos (triumphans).i.triumphū habens ex (gratia).i. speciali dono sanctitatis sue a dño sibi concesse. quare meruit in celis coronari z cum triūpho recipi. Item orbita significat rotam vel viam rote Inde exorbitare.i.a via recedere z errare.hic aūt p reuolutione ponitur. De triūpho ptz in hymno pcedenti. Verna.i.famulus vel famula. Iū vernaculus. Vernacula verba dicuntur que non sunt greca. sed nobis ex latino familiaria.

Calcans beata luridam seculi ruentis machinam. ardore sanctispiritus ignes subegit lubricos.

¶ Narrat sanctitatē marie magdalene. z in qua illa steterit. vñ (beata) maria (calcans).i.sub pedib⁹ teres (luridā machinā).i.fetidā z imūdam. vel squalidā fabricā.dispositionē vel attractionē. vel mel⁹ periculosam pversationē (seculi ruentis).i.mundi transeuntis z peuntis. q̄ nos suis oblectamentis allicit. z vna cū ipso in interitum ducit (subegit) id ē subiugauit. suppressit z extinxit (lubricos ignes).i.malas pcupiscētias. (ardore).i.igne gratie (sanctispiritus) quo erat repleta z pfortata ad resistendū carnis pcupiscentijs z mundi delectationib⁹ illicitis. Luridus id est squalidus siue marcidus z tabidus. Differūt labilis z lubric⁹. vñ Labilis est fluuius. dicatur lubricus anguis. qz cadit dum tenetur.

Hec sacras iesu lachrimis plantas rigauit intimis. tersit capillis osculans vite tenebras expians.

¶ Hic ponit autor obsequiū illud qd̄ fecit maria dño iesu. vñ obtinuit suo ꝓ petō ꝓ in dulgentiā (Hec) sez maria (rigauit).i.humectauit vl'lauit (sacras plantas).i.sanctos pedes (iesu intimis lachrimis).i.ex intimis precordijs venientibus z effusis. z (tersit).i.exsiccauit (capillis).s.capitis sui (osculans) easdem plantas z per hoc (expians).i.expurgans in seipsa (tenebras vite) id est peccata quibus multipliciter erat grauata. Hystoria habetur in euangelio Rogabat iesum zc. Luc. vij. Plante diuuntur arbores seminate siue prime sate vel noue, herte ad transferenduz capte. hic autē pro pedib⁹ ponuntur.

Te quesumus gratissimam nobis deposce veniā. celestis aule tinnulis quo perfruamur organis.

¶ Hic facit autor orationē ad mariā magdalenā dicens Nos (quesumus).i.rogamus (te gratissimaz).i.acceptissimam (deposce).i. vt deposcas (nobis veniam).i.amicitiam dei ac gratiam. vel (veniam).i.remissionem peccatoꝝ nostroꝝ (quo).i.vt (perfruamur tinnulis organis) id est sonoris instrumentis musicis (celestis aule).i.regni celoꝝ. Itē tinnio is ire est verbū fictū a sono. vt es aut cymbalū tinnies dicitur. Inde tinnulus a um adiectiuū.i. tali mō sonū faciens. Et tintinabulū.i.pyanola vel cāpanula tinniens de ere vel stanno facta.

Regi celorum gloria eiusq; soli filio. cum spiritu paraclito in sempiterna secula Amen.

¶ Hic glorificat beata trinitas (gloria) id est honor sit (regi celoꝝ) scꝫ deo patri (eiusq; soli filio) id est vnico iesu christo (cum spiritu paraclito in sempiterna secula) id est semper Amen.

e A martyris laurentij armata pugnauit fides. nam morte mortem diruit. ac semet impendit sibi

Ad die sci Laurẽtij spectat iste hymn⁹. cui⁹ materia ẽ: q; beatus laurẽtius fide armat⁹ mortẽ eternã morte sua tpali superauit cui volũtarie se ipendit. Quã etiã mortẽ futurã eidẽ Sixt⁹ papa crucí affixus ꝓdixit sub forma ꝓbꝰ q̃ hic ponit. ibi. Desiste. ⁊ ita vt ꝓdixerat Sixtus euenit beato laurẽtio vt sequtur in lra. Finaliter addi solet ꝓsus cõis de glorificatione scẽ trinitatis Prim⁹ sic ꝓstruit (En). i. ecce (fides armata). i. bñ radicata ⁊ ꝓfirmata p grãm dei (laurẽtij martyris). i. testis xpi p passionem suã (pugnauit) scz ꝓtra hereticã prauitatẽ. ⁊ p tale pugnã fecit qd̃ sequtur (nã) p qꝫ (diruit). i. destruxit ⁊ superauit (mortẽ) eternã (morte) sua tpali (ac ipendit). i. volũtarie dedit (sibi) scz morti tpali (semet). i. semetipsum

Impendere tercie ꝓiugatõis. i. dare. offerre. vel ad expẽsas agẽdas ipponere. Iñ impensa. i. talis distributio. Sz impendere scẽde ꝓiugatõnis est imminere ⁊ ꝓpe pendere quasi statim casurũ. ita gladius impendet capiti. ita impendent pericula. id est imminent.

Fore hoc sacerdos dixerat iam sixtus affixus cruci. laurentium flentem videns crucis sub ipso stipite.

(Sixt⁹ sacerdos) papa q̃ laurentiũ sibi in minist⁹ ⁊ leuitã associauit (affix⁹ iã cruci. dixerat hꝰ fore). i. futu⁹ eẽ. vt scz etiã pateret mortem (videns laurentiũ flentẽ sub ipo stipite crucis) qd̃ erat signũ excellentz inter se mutui amoris Vñ cũ btũs Sixt⁹ duceret ad crucẽ btũs laurẽti⁹ dixit Quo pgrederis sine filio pater. quo sacerdos scẽ sine ministro ⁊c. Tunc respondit btũs Sixt⁹ Nõ ego te desero fili. fz maiora tibi detent p fide xpi certamina ⁊c. post triduũ me seqris sacerdotẽ leuita

Desiste decessu meo fletum dolenter fundere. precedo frater tu quoq; post hoc sequeris triduum

Verba sixti sunt O (frater) laurẽti Fratres dicunt q̃ de vno collegio sunt. ita laurẽtius frater sixti fuit. qꝫ eidẽ associat⁹ fuit in curã dñici gregz (desiste). i. cessa (fundere fletũ). i. lachrymas (dolẽter) cũ tristicia. sup vel de (meo decessu). i. morte seu migratõe ab hac luce. Itẽ dicit discedere et decedere Nã discedere ẽ a loco recedere. fz decedere. i. mori. lz etiã discedere inueniat p mori. ⁊ hꝰ ipropie. ego (ꝑcedo). i. ꝑus patior mortẽ (tu quoq;

Expositio hymnorum

sequeris) scz in futuro (post hoc triduū) id est post hos tres dies Interim beatus laurentius dispensauit de thesauris ecclesie quos Sixtus eidem cōmiserat dispensandos Triduū biduum quatriduū dicendū ꝛc. cum numero dies dicunt.

Extrema vox episcopi prenunciatrix glorie. nihil fefellit. nam dies predicta palmam prestitit.

